



est recta linea positione data atque est datum punctum A, positione igitur est AF. Ducatur per E linea EF parallela ipsi AB. ergo AF est aequalis DE. data autem est DE. quare & AF data. sed & positione. & datum punctum A: datum igitur & F. Itaque per datum punctum F ducta est FE parallela ipsi AB positione data. positione igitur est FE. sed & positione AC. ergo & punctum E est datum. & per ipsum ducta est DE linea positione data parallela. quare & DE positione data est.

B
34 prim.
C
D
28. dato-
rum.
E
28. dato-
rum.

Componetur autem problema hoc modo.

Sint duae rectae lineae AB AC positione datae. data autem magnitudine sit recta linea in qua G, cui autem parallelae ducantur sit AF. & ponatur AF ipsi G aequalis, & per F quidem ducatur FE parallela AB. per E vero ducatur ED parallela EF. Dico ipsam DE problema efficere.

Quoniam enim DE aequalis est ipsi AF, & AF aequalis ipsi G, videlicet lineae datae erit & DE data linea G aequalis. ergo DE problema efficit. manifestum autem est ipsam solam hoc efficere. nam quae propinquior est ipsi A, semper remetrore est minor.

COMMENTARIVS.

Et facere ipsam DE datam] hoc est datum magnitudine, uel recta linea magnitudini A
atae aequalem.

Positione